

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes  
Hagenoae, 1519**

Iacobus Questemberg, Ioanni Reuchlin Phorcensi oratori palatino S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

TO. REVCHLIN LIBER PRIMVS

meis quas famulo meo ad te dederā ante lucē hinc abiisse, quod ut postea cōperi, moleste quidē ut debui cerebā, quippe qui fructū iucū dissimae cōsuetudinis tuae tā subita discessione priuatus essem. Cupiebam equidem nōnulla adhuc tecū cōferre, & pro tuis in me officiis quom re non possem, uerbis saltē qualibuscūq; gratias agere, quāq; non plane intelligebā, qua dicendi copia, quibus uerbis affectū animi erga te mei declarare potuisse, ū consydero uim & bonitatis tuae & amoris quā in mirifica illa de me p̄dicatione pulcherrime de clarasti, quum hesterno uesperi τὸ προσόμιον ἀφροδύτεως ἐσ πὺς ἔλέγχους σωθεικοὶ τοῦ αειστέλους, nō sine admiratione, imo cū summa uoluptate uidisse, καὶ οὐ δέρωτι τῷ θάλαττῳ τῷ λίθῳ μίκαλα, καλὰ τέφαντα. Præterea τὸ καλοκαπεῖα τὸ ρῆγν τὸν οἶος ἀν ὄντανδρος γένοις, τούς λὲ ταῦτα ἐν τὸν εὐχαῖτα. Tibi igit̄ p̄ sapientis more p̄mum sit uirtus tua, ubi mea nō responderit. Itaq; meū ppetuum studium & mutuam benevolentiam ob memoriam tuā optimāē de me speci quoad uixero nunquam defuturam tibi polliceor, conaborq; modo uotis aspiret deus n̄e tuae apud Reuerēd. dñm comunem episcopum Vuormaciensi futurā commendationis eiusq; in me beneficiorum pīgeat. Vale igit̄, & me si mereor illius gratiae commenda. Romæ ex ædibus Reuerend. Dn. Cardinalis S. Marci. Calend. August. M. CCCC. XC.

Iacobus Questemberg, Ioanni Reuchlin Phorcensi  
Oratori Palatino S.

**C**VM in tanta hioīm multitudine aut ut uerius dicā oīum, ppe gētium colluuiōe ne unum qdem pro p̄senti necessitate idoneum scriptorem inuenerim, neq; uero alium quēpiā Bertoldo nostro adhuc febricitante ad manum domi habuerim, q̄ orationem tuam elegantiore litera exararet, id quod tu hesterno die per epistolā tantopere efflagitasti, ipse pro ueterē amiciciā nostra & antiqua morem tibi gerendi cōsuetudine, laborem obeūdū esse mihi putauī, ne uel opera atq; sedulitas mea semper alioquin officiosa tibi saltem in re necessaria defuisse uideri posset. Itaq; orōnem tuā ad te mitto, quā propter ipsius summam legantiam dignitatēq; ueborum & grauitatem sententiarum, digna uisa est, non mea tātum manu describi ὅς η τὰ πιαῦ τὰ ἀκρωτάκτηλω ἡλίαμν, sed omni no ubiq; terrarum legi, adeo tu quidem orūnia, ita me deus amet dī

E P I S . I L L V S T . V I R O R V M A D

serte, prudenter, apposite explicasti. Ego tamen ut soleo propere trā  
scripsi, & i<sup>α</sup>πογέγραφα. Utinā sit in hac difficilima temporū difficultate quod & tu cœlesti prædictus eloquētia mereris, & nos amici laudum tuarum precones uidere cupimus. Vale doctissime uir, principis tui ornator, de Bauariæ domo ac toto imperio Romano beneremite, præcipuum communī patriæ decus. Romæ Anno M. II. D.

Aldus Manutius Romanus, Ioanni Reuchlin  
Phorcensi S.

**A**MARI me abs te plurimū mi Ioannes iampridē noui, nō meo in te ullo officio sed humilitate tua, quare nisi te bñuolētiāq; tuā plurimi faciā, sim plane ingratus, sed & facio plurimi & redamo magnopere. Ex libris aut̄ quos petis mitto Iuliū Pollucē, Stephanū de urbib⁹, Thucydidē, Etymologicon Magnū, Prudentium christianū poetā cū quo & græca qdā imp̄fā sunt. Seduliū itē cū Luuenco & Aratore, cū qbus & Homerocētra imprimēda curauit. Sui das nō erat apud me, & nūci⁹ tu⁹ dicebat nō esse sibi plus pecunia, sed redditū se breui Venerias & facturū quod iusserris. Præterea imp̄fī sunt ex græcis hi, post opera Aristotelis q̄ a nobis quoq; habes, Aristophanis comœdia nouem cum commentariis, Epistolæ græcae sex & triginta autorum. Dioscorides, Aratus cum Theonis commentariis, una cū Julio Firmico, Simplicius in p̄dicamenta Aristotelis, Ammonius in quinq; uoces, Gregorii Nazianeni circiter octo millia carminum. Nonnus carmine heroico in euangelium secundum Ioannem, Apollonius poeta cum commentariis. Imprimuntur & quasi absoluta sunt Sophoclis tragœdiæ septem cum commentariis. Item Herodotus. De hebraicis non est impressum quicquam. Quod tu cōponis placet, perge ut detur studiosis. Imp̄fī sunt p̄terea latine literis paruis Virgilius, Horatius, Iuvenalis, Persius, Marcius, Lucanus, Catullus, Tibullus, Propertius, Epistolæ familiares M. Tullii. Imprimūtur iisdem characteribus Ouidii opera. Statius, Valerius Maximus, si ex his aliquis placuerit scribe. Interea uale, meq; ut facis ama. Venetiis xviii. Augusti. Anno M.D.II.

Aldus Romanus, Ioanni Reuchlin salutem.

**D**Electari te plurimū literis & laboribus nostris Capnon mihi auissime quantū ip̄se delester nō facile scripserim, tū quia principib⁹ placuisse uiris nō infima laus est, tū etiā quia laus